

omnino fore suspensos, donec ad unitatem universalis ecclesiae redierint. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, septimo Kal. Maii pontificatus nostri anno quarto.

Nach einer fast gleichzeitigen Abschrift im Cod. ms. 486 fol. 81<sup>b</sup> der Universitätsbibliothek zu Leipzig vergl. mit Abschriften von Ursinus, dipl. Misn. I. 447 ex libro Theoderici fol. 84 und von Grundmann, cod. dipl. ep. Misn. VII. 2054.

No. 1055. 1462. 11. Aug.

*B. Caspar verwendet sich in einem Schreiben an P. Pius II. für die Canonisation des vormaligen Legaten Johannes de Capistrano.*

Post devota pedum oscula beatorum cum devotissima immediatae subiectionis professione ac humillima recommendatione atque ea qua decet honoris et reverentiae debitaque obedientiae delatione. Beatissime pater, sanctitatem vestram credo saepe numero clare accepisse celeberrimam famam morum et vitae honestatem beatamque conversationem religiosissimi viri fratris Joannis de Capistrano ordinis minorum de observantia dum ageret in humanis, quem profiteor etiam aliquandiu in diocesi mea Misnensi vitam laude praeconio gloria et honore dignam egisse, suavissimas doctrinas pro incremento fidei orthodoxae, vulgi etiam totius eruditione admodum docto eloquio pia utique exhortatione singulis diebus fudisse, haereses quascumque inprimis persecutum fuisse, ludos in omni genere nefarios damnasse et infinitos ferme obstinatos ad poenitentiam reduxisse, exemplo et verbo iustis honestissimisque honoris dignis claruisse, quem sanctitati vestrae ob insignia ipsius merita non sufficio recommendare. Accepta igitur informatione, quod sanctitas vestra atque imperialis maiestas pro canonizatione eiusdem pii patris sit satis sollicita, cum et ego humilis creatura fratres dicti ordinis minorum de observantia gratuite ubi possum foveam, cadens una cum dictis fratribus ad sanctitatis vestrae pedes humillimis recurro precaminibus, ut pro laude dei et honore omnium sanctorum ac incremento totius ecclesiae militantis pro canonizatione eiusdem pii patris intendere velitis, meque humilem creaturam eadem sanctitas vestra recommendatum suscipiat; reddo enim me obligatum ad omnem obedientiam sanctitati vestrae iugibus temporibus, quam altissimus conservare dignetur feliciter et longaeve pro regimine ecclesiae suae sanctae. Ex castro meo Mogelin anno domini MCCCCLXII. XI. die Augusti.

Humilis creatura Gaspar episcopus Misnensis.

Wadding annales minorum. Tom. XIII. 222.

No. 1056. 1462. 29. Sept.

*Domprobst, Decan und Capitel beurkunden, dass die Brüder von Taubenheim wiederkäuflich an die Domkirche verkaufte Zinsen durch Erstattung des Kaufschillings zurückgenommen haben.*

Wir nochgeschriben Dietherich von Schonberg tumprobst, Jorge von Hugelwitz techand vnd ganctz cappittel der kirchen zeu Missen bekennen — nochdem